

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequias Quae Dorotheae Margarethae Et Elisabethae Annae Kehres, Virginculis dum vivebant pudicissimis, a moestissimis parantur, Parentibus, Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat ...**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770977820>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.

D. M. et E. A. Kehr,

Rost. 1639.

4







RECTOR  
*Universitatis Rostochiensis*  
JOHANNES COTHMAN,  
S.S. Theologiæ Doctor &  
Professor.

*Ad*  
*EXEQUIAS*  
*Quæ*

DOROTHEÆ MARGARETÆ  
*ET*  
ELISABETHÆ ANNÆ

Virgunculis dum vivebant pudicissimis,  
â moestissimis parantur,  
*Parentibus,*

Omnes omnium ordinum cives Acade-  
micos, quo par est studio invitatur, in templum  
Jacobæum ad horam primam.



ROSTOCHI,  
*Typis NICOLAI KILII, Academ. Typograph.*  
Anno M DC XXXII.

140.



# RECTOR

*Universitatis Rostochiensis,*

JOHANNES COTHMAN,

S.S. Theologiæ Doctor

& Professor.



I moderna penitiùs consideramus tempora verissimum esse deprehendimus, quod proverbio dici solet: multa contingunt postridie, quæ pridie futura esse non sperabamus. Exempla & quidem non seculi superioris, aut longè petita, axiomatis hujus veritatem confirmare possent, domestica hoc imprimis tempore luctuosissimo probando Canoni sufficiunt. Et ne hîc longius divagemur vir consultissimus ac spectatissimus Dn. HARDEVICUS Rehr Judicij oppidani procurator, una cum conjugē MARGARETA Laurentis fœmina laudabili, dicti hujus veritatem comprobant. Illi enim parentes, binis dulcissimis una vice privantur filiabus, quas senectutis scipionē augurabantur. Sed ecce contigit postridie, quod pridie fieri non arbitrabantur, dum nominatæ modo dulcissimæ filiolæ morbo corripuntur, qui

§ 2

&c



& singulis vitæ finem attulit. Hinc ergo verum esse videmus tritum illud: nescis quid serus vespere vehat. Item: non omnium dierum sol occidit. Utinam, atq; o ultinam id exactè considerarent illi, qui sibi perpetuo vivendum esse imaginantur. Unde in diem vivunt & porcorum more tantum terrena curant, de celestibus parum solliciti. Ut & hic paulinum illud obtineat: quorum Deus venter est, & gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant. Quod si multi considerarent tempora hæc calamitosissima, tum & expenderent, mortem & fugacem sequi vitum, nec parcere imbellis juventæ poplitibus, timidoq; tergo. Nunquam certè ita impiè viverent. Cogitarent enim arborem ita jacere, ut cadit. Hinc in omni sua vita id agerent, quasi hodie morituri. Non itaq; diem Sabbati, quem nos Christiani ex Apocalypsi, diem Dominicam appellamus, turpi otio, in molli jacendo lecto, multo minus crapula, herbæ Nicotianæ abusu, in sulis jocis, alijsq; in honestis actionibus profanarent. Cogitarent potius D E U M esse justum judicem, qui profanationem istius diei cultui sacro destinati, non dimittet inultam. Nec satis esse quis arbitretur, modo uni  
concio.

cōncioni, & vix quidem per horulam interlit,  
Quos ille in studijs habiturus sit profectus, dies  
suo tempore, magno peccantis incommodo,  
patefaciet. Debeamus potius exempla consi-  
derare quotidiana, ubi videmus pueros trius  
anni, bimulos, trimulos, opinione nostra citius  
hinc avocari. His quod accidit, alijs quoq; ni-  
hil tale opinantibus contingere potest. Si quis  
ante octiduum, moestissimis nunc parentibus,  
se utraq; filia, uno ferme tempore orbatum iri  
dixisset, forsan Deum non ita in suos animi  
adversurum affirmassent. Factum tamen est  
ut hodie una vice, tristi exemplo, ad dormito-  
rium usq; binæ filix deducantur. Exempla  
ejusmodi nobis superstitibus debent submini-  
strare doctrinam, ut inde locum communem  
capiamus, qui nobis suo tempore usui esse pos-  
sit. Ut autem ad defunctas nostras animulas  
revertamur, natu major MARGARETA  
DOROTHEA *Rehrs* hanc lucem primū  
aspexit 5. Junij Anno 1630. Natu minor verō  
ELISABETA ANNA 22. Decembr. An-  
no 1632. nata fuit. Postquam in hunc mun-  
dum venerunt, ut scriptura de nativitate homi-  
nū loquitur, ambæ Christo per lavacrum

S 3

Baptis-

Baptismi adductæ, Et solliciti parentes non satis esse arbitrati sunt, has suas filiolas Christo Baptismo insertas, sed & insuper in bona educatione, quæ quasi altera est natura, nihil in se desiderari passi sunt. Imprimis videntes utramq; bonæ esse indolis & ingeniosam. Cujus rei femina sese prodiderunt, tum in lectione Biblica, ac Psalmorum Lutheri cantatione. Et quia sub uno corde materno recubuerunt, ita quoq; iisdem affectibus præditæ, una illis mens, unus animus erat. Quæ unitas in ipsa morte dirimi non potuit. Et quamvis si Deo ita visum fuisset, parentes has suas filiolas libentissime tenuissent, aliter tamen visum illi, cujus voluntas suprema lex esto. Pater defunctorum nostrarum fuit vir ante nominatus consultissimus HARDEVICUS Rehr / Procurator judicij Senatorij vigilantissimus J. V. C. dignissimus Cancellariæ & judicij provincialis ducatus Brunovicensis & Luneburgensis olim ad decennium Advocatus, & Procurator ordinarius. Mater verò MARGARETA Laverenz foemina lectissima. Avus paternus fuit vir Reverendus & præstantissimus Dn. HERMANNUS Rehr / quondam Ecclesiæ Neoburgensis ad visurgim  
Pastor

Pastor meritissimus. AVI

Xuiffen Senioris FRIDERICI RUSII co-  
mitatus Hoyensis Superintendentis Genera-  
lissimi filia. Avus maternus Heinrich Laverenz  
negotiator industrius. Avia vero Ilse Kudesar/  
matrona honestissima. Hisce parentibus &  
majoribus ortæ defunctulæ nostræ spem boni  
ingenij & expectatæ indolis promittebant,  
sed placuit Deo cùm illis ex hujus vitæ ergastu-  
lo properare, in alteram calamitatum & æ-  
rumnarum nesciam. 24. Julij ætate minor, febrî  
maligna & ardenti laborare cœpit & 29. obiit,  
ætate major, eodem morbo decumbens, mun-  
do huic valedixit. Quamvis verò ordinaria re-  
media initio statim morbi adhibita, vicit ta-  
men, natura superata morbi impetus, ut poste-  
rior natu, ipso die Jacobi in meridie. Altera  
verò prior natu, duobus diebus post 27. hujus  
purpuream efflaverit animam. Quia verò  
utraq; filia quarum prima 9. annos. Altera 8. na-  
ta parentibus fuit morigera, facile quis conij-  
cere valet, quanto in mœrore mœstissimi ver-  
sentur parentes ob casum hunc planè in exspe-  
ctatum. Nos cives Academici ad contestan-  
dam nostram condolentiam, funerum horum  
dedu-

interimus. Idà vobis  
petit parens moestissimus, ordinis quondam  
nostri membrum & alumnus, nunc autem  
fautor egregius. Ut autem illud officium moe-  
stissimis parentibus exhibeatis, ego meo loco  
hortor & moneo. Fiet vero conventus in  
templo Jacobæo ad horam primam P. P.  
Rostoch. Sub Sigillo Universitatis  
30. Jul. Anno 1639,



5









